

qui, ut est in libro Angliae Censuali, castrum construxit: veruntamen cum Henricus Tertius hoc è cineribus excitaret, (subverterant enim Walli anno Salutis 1000 interfactis praefidiariis, jacuitque permultos annos) illum à loci situ Montem Gomericum nominasse fabulatur Florilegus. Certum autem est, Henricum illum Tertium per diploma concessisse, ut *Burgus de Montgomery sit liber Burgus cum aliis libertatibus.*

*Anno XI  
Corndon  
hill.  
Magifold  
vulgo vo-  
cant.  
Welch poole.  
Red-  
Castle.*

Iuxta hoc Corndon collis in cacumen satis excelsum adsurgit, in cuius summitate faxa quædam in coronam, unde nomen habet, in alicujus victoriæ, ut videtur, memoriam, collocantur. Superius Sabrina Trellin allabitur, id est Oppidum ad lacum, unde Welch poole Anglis nuncupatur, castrum ab Austro adjunctum habet à subrufo saxo quo construitur Castle Coch appellatum, quod uno mœni ambitu duo castella complectitur, alterum Domini Powisæ erat, Baronis Dudley alterum. Caduganus filius Blethini celebratissimus, quem dixi, Britannus, dum hujus constructioni interderet, à nepote Madoco (ut est in Lankanensis epitome) fuit interfactus. Huic è regione altera fluminis ripa objicitur Buttington, Danorum Hybernis notum, è quo Adheretus Merciorum Comes illos anno Christi 1000 exturbasse author est Marianus. His relictis in Ortum paulatim se flectit Sabrina, ut Tanet fluviolum citius excipiat, quo consociato, Salopienses adit.

Hoc in agro Ordevicum MEDIANVM fuisse, quod & Antoninus, & Ptolemaeus celebrant, est mihi persuasissimum, quia verissimum videtur. Cujus vestigia sagaciter odoratus sum, sed indagine parum fœlici, ita urbium etiam cadavera absunt ætas. E situ tamen si conjecturæ sit locus, cum compertissima sunt oppida, quæ utrinque ponit Antoninus, scilicet hinc BONIVM, nunc Bangor ad Devam, inde RVTVNIVM, nunc Rowton Castle, ab hoc enim XII, ab illo XX Italicis milliaribus separat; Positionum, si ita dicere liceat, vel potius distantiaæ lineæ se mutuo inter Matrafal, & Lan-Vethlin, quæ vix tribus distant mill. pass. interfecant, & quasi ~~conveniuntur~~ Mediolani nostri situm demonstrant. Hæc enim ratio eliciendi tertii loci situm è duobus cognitis incerta esse non potest, cum neque montes interjaceant, nec itinerum flexus sit impeditus. Matrafal hæc, quæ quinis à Sabrina ad Occasum abest milliaribus, & quod vetustati ex parte suffragetur, licet nunc nudum sit nomen, Principum Powisæ Regia sedes erat, & ea quidem à scriptoribus celebrata, qui memorant in ea à principibus jam relicta, Robertum de Veteri ponte, sive Vipont Angulum castrum condidisse. Lan-Vethlin vero, id est fanum Vethlin, oppidum mercatorum, etiæ à linearum intersectione sit paulo remotius, nominis tamen cognatione, cum Mediolano multo est conjunctius, Vethlin enim ex Methlin linguæ Britanicæ Idiotismo factum est, ut ex Caer Verden, ex Caer Merden, Arvon ex Ar-mon.

Matrafal.

Lan-veth-  
lin.

Nec Methlin magis à Mediolano abludit, & dissonat, quam vel Millano in Italia, le Million in Xanthonibus, vel Methlen in Belgis, quæ omnes urbes Mediolani nomine olim insignes fuisse nemo dubitat. Quæ vero conjectura ad veritatem sit propensior, tuum erit dijudicare, mihi satis est conjectare. Si hoc nostrum Mediolanum, & illas ejusdem cognominis in Gallia urbes, vel Medium Ducum, vel Olanum principem construxisse, aut dum construerentur, suæ mediatim lanatam effossem dixerim, nonne nubes & nugæ captare viderer? & hæc singula tamen de suo Mediolano scriptitant Itali. Sed cum hæc ab ejusdem linguæ populis constructa fuisse sit certo certius: (Gallis & Britannis communem linguam fuisse docuimus) eandem ob causam eandem habuisse denominationem satis probabile. In nullo tamen, quod sciam, Mediolanum nostrum cum illa Italæ convenit, nisi quod planicie inter rivulos interfideat utraque, Italusque non indoctus ex eo Mediolani sui nomen duxit, quod sit urbs media inter Lanas, id est, inter fluvios, ut interpretatur ille.

Suo nominè, titulo, & honore hic ager Comitem insignivit nullum, donec nuperime Anno 1000 Rex Iacobus Philippum Herbert filium natu minorem Henrici Comitis Penbrochiae ex Maria Sidneia, pro singulari & propensa in illum voluntate, & spe quam de illius virtutibus concepit maxima, uno eodemque tempore Baronem Herbert de Shurland & Montis Gomerici Comitem apud Greenwicum creavit.

Powisæ autem Principes à tertio filio Rothe- rici Magni prognati hunc agrum cum aliis (licet Rogerus & Hugo Montgomerienses partem nonnullam abrassissent) perpetua serie ad Edwardi Secundi tempora tenuerunt. Tunc enim Oenus filius Gruffini ap Guenwinwyn è Britannico sanguine ultimus Powisæ Dominus (Principis enim nomen jampridem exoleverat) Hawisiam unicam filiam reliquit, quam Ioannes Charleton Anglus Regis Valeatus duxit, & uxorio jure Dominus Powisæ ab Edwardo II factus erat, qui (ut plurimi locis vidimus) Leonem rubrum insurgentem aureo in clypeo gerebat. Hujus posteri masculi quatuor hoc honore claruerunt, donec in Edwardo mascula successio abolita fuisset. Ille enim ex Eleonora Thomæ Holand Comitis Cantii filia, & una hæredum suscepit Ianam uxorem Ioannis Grey Equitis, & locosam conjugem Io. Domini Tiptoft, unde Barones Dudley & alii genus duixerunt. Ioannes ille Grey militari virtute, & beneficio R. Henrici Quinti Comitatum Tanquer-ville in Normannia accepit habendum sibi & hæredibus masculis, reddendo unum Bassinet ad castrum Rothomagi, in festo S. Georgii singulis annis. Huic natus erat Henricus Dominus Powisæ, in cuius prosapia Powisæ titulus ad Edwardum Grey, qui nostro fe-re tempore sine sobole legitima diem obiit supremum, cum honore permanxit.

Comes  
Montis-  
gomerici.

Principes  
Powisæ.

Powisæ  
Domini.

David  
Powel.

Dupli.

Norm.

6 Hen. 5.

Tanquer-

villæ Co-

mes.